

Mitto semina utriusque Athamantae mixta, sub dio copiose crescunt in horto.

Umbelliferae plantae apud nos paucae diu in horto nostro vivunt, cum terra laxa et spongiosa, nec dura aridaque. In nulla classe pauciora praestare possum. *Pastinacam lucidam* habemus, quae forte e Majorca. Cur non delineasti semina *Hasselquistiae* alterius, quam ego non vidi vivam, nec siccam. annon posses mittere utriusque *Hasselquistiae* semina.

Bunium habet involucrum *Aethusae*, adeoque Tua nequit esse eadem cum mea *Aethusa Bunium*.

Upsal. 1773, d. 28. Octobr.

73.

Caucalis maritima Tua nequaquam mea est.

Dracocephalum peregrinum, omnino; in speciebus pro racemis lege bracteis.

Gnaphalium supinum Syst. nat. v. 3. p. 234.

Conyza virgata videtur mihi Tuum *Gnaphalium pictum* coloribus.

Convolvulus Medium est.

Chenopodium aristatum est hoc Tuum, et *sinense*. ambo in horto alui. sunt eadem.

Potentilla alba.

Potentilla 1120 caulescens. Anne et Tua *P. caulescens* sit' ejusdem speciei varietas. sed putavi licet tridentatis foliis.

Tab. 191. ex figura non dignosco; si viderem specimen forte occurreret.

Verbascum phoeniceum omnino.

Geum virginianum puto esse, quod ubique in hortis; nec video differentiam. *G. virg.* meum semper floribus albis est.